



A. 10.

a





Lu 982

11.

In Arcu Sibylla Romæ sculpi fecit has litte-  
ras Quæ postea per Bedam declarate sunt:  
**Titulus saluatoris nostri hæbraice græce & latine**

ישוע נצרי מלך היהודים

ΙΗΣΟΥΣ Ο ΝΑΖΩΡΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ

Iesus nazarenus rex iudæorum  
**Romæ in ecclesia post campū Martiū**

BENE VALEAS QUISQUISES. C. MARTI  
AE MEAE CONIVGI BENEMERITAE  
QUEMVLTI CVM SVDORIBVS VIXIT  
VIRTVOSE.

**Pataui i arca laterina i qua uas fictile clausū erat**

Plutoni sacrum munus ne attingite uates  
Ignotū est uobis hoc quod in orbe latet  
Namq; elementa graui clausit digesta labore  
Vase sub hoc modico max. Olibius  
Adsit focūdo custos sibi copia cornu  
Ne præcium tanti depereat laticis.

**Ibidē in uase fictili i quo uitreū erat inclusum**

ABITE hinc PESSIMI fures VOS quid VOS  
tris VOLTIS cum OCVLIS emissicis.  
Abite HINC uostro CVM mercurio PETA/  
SATO caduceato QUE maxumus MAXVMVM  
donum PLVTONI hoc SACRVM fecit.

**ROMAE**

Qui sunt hi gemitus? caritū: quæ pompa: Camillæ  
Vnde odor hic? cineri: Thura ministrat amor

a ii

*M. Faust folium minimum. Defunct et in fovea quadam  
Et Panzer II p. 505 n. 75.*





Vnde pyra? ex pharetra: q̄s ue ardet ī igne: lepores  
Quis satis illachrimas: quis leget ossa: Venus  
O fatū infœlix: quid forme gloria prodest  
Si fastus hominū parua fauilla rapit.

*Epitaphiū Lucretie*

*In episcopatu Viterbiensi*

D. M. S.

COLLATINVS TARQ VINVS DVLCIS/  
sime coniugi & incomparabili Lucretie pudicitie  
DECORI MVLIERV̄M GLORIA VIXIT  
an. xxii. mē. iiii. di. vi. Proh dolor q̄tū fuit charissima

*Salone in monumento antiquissi.*

Labeo Marfus: quē in calamitate Macedonica Pro  
lapsum equo celer hostis præmebat Genatum: seq  
gladio cruento traiecit: ne uictoris Octauii uultum  
sustineret hic eius ossa condita sunt Iunonis Luci/  
ani Sacello Flamē dialis aus Trinū applicari uetuit

Crudeles parcaē quæ nemini parcūt: iuidere mihi.  
Hic situs ē Ligurnus puer dolor parentum.

*Romæ D. M.*

T. Caninus Apollinaris & Didia Sabina conueniē  
tes multis annis in uno uixerunt sine duello. Hic  
quoq; sub marmore duro in uno quiescunt.

*Aquilegiæ apud ecclesiā maiorem*

Domū æternā Iulia Agape posuit obsequēti marito

*D. M. S.*

Quo uadā nescio: Inuit<sup>9</sup> morior Valetē Posthumi



2

**Romæ D M.**

L. peti et Flauia Terentia coniugum amantissime  
Cœlestis flammæ RELIQ. VIAE  
Dum in Veneris negotio fulgure afflata una cum  
iugali toro. PERIERE

Quibus corpore connexis eodem tēpore ac mor-  
tis genere extinctis Aulus.

Torquatus & D. Lucretia uiri Et L. Mamercus cū  
D. Astrea uxoris Parentes mœstiff. Filiis beneme-  
ren. posuere Vixit uir ann. xxiiii. men. iiii. di vi. hor  
xi. Vxor ann. xviii. men. vii. di. xxi hor xv.  
In fron. pedes. lx. in agr. p. lxxii.

**C. PAPIRIVS.**

Cestus Vergilia optata uxori suæ benemerenti de  
se uixit annis xlii.

**dis**

**D.**

**deabus**

**D:**

**sacris**

**S.**

Vrta breuis geminum: quāuis tenet ista cadauer  
At tamen in cælo spiritus unus adest  
Viximus unanimes Licinusq; & Fluius: idem  
Sensus: amor: studium: uita duobus erat.

**EPITAPHIVM NEVII**

Immortales mortales si foret fas flere:  
a iiii



Flerent diue camenæ Neuium poetam  
Itaq; postquā est orchio traditus thesauro.  
Obliti sunt romæ lingua latina loquier.

**Epitaphium Plauti**

Postquā est morte captus Plautus  
Comedia luget: scena est deserta  
Deinde risus lusus iocusq; & numeri  
Innumeri simul omnes collachrymarunt.

**EPITAPHIVM PACVII**

Adulescens tametsi properas hoc te saxū rogat  
Vt se aspicias: deinde quod scriptū ē legas  
Hic sunt poetæ Pacuuii Marci sita ossa.  
Hoc uolebam nescius ne esses Vale.

**Apud Maguntiacum in ædib pisto  
ris ad portam Albani**

L. Sperati: desiderati adulescentis spei & pbitatis  
incomparabilis L. Hermodorus et Iuliana patres  
fatis male iudicantibus supstites posuere.


**In Bethleem**

**Epitaphium Paule matris Eustochii**

Scipio quā genuit Paulæ fudere parentes  
Graccorū soboles agamennonis inclyta proles  
Hoc iacet in tumulo Paula dixere priores  
Eustochii genitrix Romani p̄ma senatus  
Imperii Christi & bethlemitica rura secuta est



Cl 3494.8

Micro: 4 

In Kinnabel —

Magazin

Rest. / Schm.

Jan. 92

N. C. A. 









B.I.G.

Farbkarte #13

Lu 982

11. 7

a Romæ sculpi fecit has litte  
a per Bedam declarate sunt:  
nostri hæbraice græce & latine

שְׁרַעַטְיָ מִלְדָּ

κιοσ ο βασιλευσ των ιουδαιων  
nus rex iudæorum  
clesia post campū Martiū

QuISQuISES. C. MARTI  
DNIVGI BENEMERITAE  
CVM SVDORIBVS VIXIT

crina i qua uas fictile clausū erat

inus ne attingite uates  
s hoc quod in orbe latet  
raui clausit digesta labore  
odico max. Olibius  
os sibi copia cornu  
ti depereat laticis.

tili i quo uitreū erat inclusum

SIMI fures VOS quid VOS  
n OCVLIS emissicis.  
stro CVM mercurio PETA/  
QuE maxumus MAXVMVM  
NI hoc SACRVM fecit.

ROMAE  
us: caritū: quæ pompa: Camillæ  
cineri: Thura ministrat amor

a ii

um. Defunct et in fovea quadam  
n. 75.